

3087

C O D I C E S

3088

Stislaum Decanum *Sacensem*, Curiae Archiep. *Pragensis* Officialem, Decrett. Doctorem, et *S. Georgii* Canonicum, *Elisabethae* Abbatissae fratrem germanum, quamvis jam a. 1347. praemortuum, me repugnantem non habebit. Vide de eo *Hist. mox. cit.* pp. 7. 17. et 97. Adest praete-

Ach kak welmi boli
Kdiz trdlem blawu boli.

Quasi dicas: Ah quam vehementer dolet, dum caput fuste tondetur! Sed vehementius dolet, dum Dilecta alium deligit. *Fuste tonderi* adludit ad crudelem morem, quo *Zisca* caecus Monachorum capita tactu explorabat.

DCCCLVIII.

- 8 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 299. f. max. mandato et sumtibus *FridERICI III.* Rom. Imp. scriptus, ac multo auro, variisque picturis splendidissime ornatus, ut suadent ejus insignia, nomen, symbolum et monogramma, quae *Fol. 10.* exhibentur cum hujusmodi inscriptione literis aureis: *Fridricus rex &c. 1447.* qui numerus anni una cum insignibus, symbolo et monogrammate rursus adest *Fol. 25.* laborem vero scribendi in annum alterum productum fuisse, argumentato est numerus 1448. in *Fol. 279. pag. 2.* minio conspicuus. Primum Cod. folium *pag. 2.* picturatum est, visiturque in eo Rex barbatus cum Regina folio insidens

rea rudior quaedam, minorque Pictura, qua *D. Catharina B. Virginem* veneratur. Atqui teste eadem *Hist.* p. 98. *Cunegundi* Sec. XV. initio suffecta est Antistes *Catharina* nomine. Adscribam pro coronide Verficulos, quos interpolator ille amatorius supra memoratus calci adjecit:

Wssak wicze boli
Kdiz mila ginebo zwoli.

sub templi cujusdam fornice. Circumstant ab utroque latere viri tres, quorum, qui dextrum tenent, Clericorum speciem praebent; qui sinistrum, habitu Poloni, aut Hungari videntur. Continentur autem hoc Codice post *Calendarium* Divina Psalmodia, seu, *Horae*, ut vocant, *Canonicae* in praecipuis totius anni diebus festis Deo canendae, quarum Index *Fol. ult. pag. 2.* repraesentatur. Adhaerent a *Fol. 247. Vigilie mortuorum. Cursus de Compassione Marie.* Varii Psalmi, qui ibi voce hybrida *Lobpsalmi* vocantur cum *Litaniis majoribus.* Varia *Suffragia* v. g. *de maiestate christi, de facie Salvatoris, de S. Spiritu &c. Modus peccata sua confitendi*, qui diffusam explicationem omnium officiorum hominis christiani continet, demum *Horae Canonicae* in festis *S. Martini Episcopi et Conf. S. Catharinae Virg. et S. Andreae Apostoli* recitandae.

Meminit Codicis hujus *Lambecius Comment. L. II. p. 782.* edit. *Kollar. col. 591.*

DCCCLIX.